









1770.

1. Bacchel, Carolus Ligismundo : De expensis con-  
cursus reliquisque dannis crestroni
2. Henne, Randolph Christ, Decanus ordinis iureconsulto-  
rum . . . solemnia inauguralia . . . Joannis  
Augusti Terracockeri . . . indicat, similius  
nonnullae de vi conventionum et legum factarum  
praemittit.
3. Henne, Randolph Christ, Decanus ordinis iureconsulto-  
rum . . . solemnia inauguralia . . . Joannis  
Elias Ziegleri . . . indicat, similius nonnulla ta-  
ctis de jure principaliter obligato, praemittit.
4. Henne, Randolph Christ, Decanus ordinis iureconsultorum  
. . . solemnia inauguralia . . . Henrici Cordi  
Winter . . . indicat, similius nonnulla, de privilegio  
personalium crestroni ad eam emendam mutum datus;

orto operi bonis iudicioris concursu, competitate,  
praeuulto f.

5. Henne, Rudolph Christoph: *De differentiis inter  
normis rebus ecclesiasticis ac spacio et tempore  
processionum et synodiarum veris et spurioris  
et electoratae formarum regulariter nec in cassu sum-  
me necessariis obligantibus*
6. Henne, Rudolphus Christoph: *De differentiis inter  
processionem et synodiam veris et spurioris*
7. Henne, Rudolphus Christoph: *De laudacione censualium  
vulgorum et obsequijs. Lehnwahr*
8. Spitz, Iosephus Christoph, Faust. juridice . . . docacius:  
lector benevolo s. p. d. (ad Disertatio onenimque. Cels.  
Lizimus' Banchelii insitum.)
- 1771.
1. Henne, Rudolphus Christof: *solenmissa inauguralis . . .  
Georgii Mauri Krich . . . iuris simulque novi.*

- Ac  
rocks.  
too  
is'eady  
saw.  
ue  
aln  
eauo:  
Cobh  
on.  
  
nulla de prescriptione immemoris ali presument  
nem pro prescribente operante praecurrit.
2. Jafor, Ludovicus : De novationibus -
3. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuris Doctor :  
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang.  
Latini Petri instat).
4. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuris Doctor :  
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang.  
Hermannii Pauli Fizleri instat).
5. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuris Doctor :  
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang.  
Pauli Augusti Tauri instat).
6. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuris Doctor :  
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang.  
Georgii Christiani Voigts; instat).

7. Turin, Adams Ignatius: . . . In possessio less  
lica libertas a substantione.
8. Turin, Adams Ignatius: De bonorum possessionibus,  
possessum non earum habentes
9. Turin, Adams Ignatius: De natura et indele  
ctionis et palmariam, et quid intereat, can esse  
aut paenalem aut trii persecutoriam.
10. Zieglerus, Hermann Paulus: De finium regimendo  
iuris
- 1772.
11. Bachmann, Franciscus Maurilius, Facult. iur.  
Jural Decanus . . . solennia inaugralia 1792. Bd. 1783 — 1801.
12. Sator, Frederick Harten: De pignorum praerogatione  
generum, et speciebus de pignore publico, pignori  
legatis cum distincte auctoritate.

1772

3. Schall, Fredericus Franciscus : De jure circa  
sacra regum Germanorum et imperatorum Romae.  
norum & gentes Saxonice ? Haueß
4. Schorch, Hieronymus Frider. Lectori benevolo s. p. d.  
(ad Dissertationem in ang. Georgi de Planos Mitt-  
erse ritz invitata).
5. Schorch, Hieronymus Frider., Facult. iurisprud. decanus :  
Lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang.  
Friderici Henrici Salteri invitat.)
6. Schorch, Hieronymus Frider., Facult. iurisprud. decanus :  
Lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Friderici  
Francisci Schallii invitata).
7. Schorch, Hieronymus Frider., Facult. iurisprud. decanus :  
Lectori benevolo s. p. d. (ad Lect. car. Zoonis Davide  
Schumann invitat).

8. Schorch, Hieronymus Frider., Facult. iurisreal decanus  
- - - lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem  
in ang. Irenaei Philippi Wilkenii tractat)

9. Schorch, Hieronymus Fridericus: De remedio opulii

10. Wilkenius, Irenaeus Philippus: De farto tertio ad  
utile. ET XII Const. Crim. Cons.

1773.

1. Dickerich, Contra Fredericus: De supraena lege rei  
publicae.

2. Henne, Pet. Christoph., Decanus or. diuis Totorum  
- - - solennis inaugurations On. Augusti Henrici  
Schroeter. . . inest simulque nonnulla de  
creditorum ad particularum solutionem acceptacione,  
in nonnullas causis obligato, praemitti.

3. Henne, Pet. Christoph., Decanus or. diuis Totorum

... solemnia inauguralia ... Josephi Chod.  
Karl Morten ... indicit simulque nonnulla  
de dominio pugnoris Romanae in exercitorum  
translato, praemittit.

4. Henne, Rad. Christoph, Decanus ordinis Historian  
... solemnia inaugralia ... Dr. Petteri  
Corri. Dickerich ... indicit simulque nonnulla  
de usu et abuso artis criticae in iurisprudentia.

5. Henne, Rad. Christoph, Decanus ordinis Historian,  
... solemnia inaugralia ... Dr. Joannis  
Historici Hammanni ... indicit simulque non-  
nulla, de solutione triennali praemittit

6. Henne, Radolphus Christoph: De senatori consultorum  
vi et autoritate.

7. Henne, Rudolph Christoph : De vi et potestate  
clausulae codicillares testamentis adjectae.

8. Henne, Rudolph Christoph : De vi et potestate clau-  
sulae codicillares testamentis, quae ex post in-  
firmantur adjectae.

9. Hommelius, Christianus Risorius Beijani :  
De differentiis inter querelas in officiorum que-  
parentibus ac liberis et quae fratibus confe-

10. Merken, Josephus Christianus : De suspicione ad-  
centia.

11. Schorck, Hieronymus Frider. ita natus. juxta decanum  
lectori generali s. p. d. (ad dissertationem  
in mag. Christianum Frider. Beijanum Hommelium ex-  
cessus).

1771.7  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS

15  
56

CONTINENS

**DISQVISITIONEM IVRI-  
DICAM**  
AN  
**POSSESSIO LASSITICA LIBE-  
RET A SATISDATIONE.**

QVAM

ILLVSTRISSIMI IVRECONSVLTORVM ERFOR-  
DIENSIVM ORDINIS AVCTORITATE

S V B P R A E S I D I O

MAGNIFICI VNIVERSITATIS RECTORIS

**D. ADAMI IGNATHII TVRIN ICti**

PROFESSORIS PVBL. ORDIN. FACVLT. IVRID. p t. DECANI,  
PRO SVMMIS IN VTROQUE IVRE CAPESSENDIS HONORIBVS

DIE XXII. OCTOBR. MDCCCLXXI.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS  
**CAROLVS AVGVSTVS IANVS**

BVDISSA LVSATVS,  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONICI IN EXERCITV PEDESTRI  
PRAETOR CASTRENSIS.

ERFORDIAE,

TYPIS HENR. RUDOLPH NONNII, ACAD. TYPOGR.





S. I.

A<sup>et</sup>ctionibus in judicium deductis, prima reorum cura *Origo Caus.*  
esse consuevit, vt de impendendis expensis, securi<sup>p.</sup> *Expens.*  
reddantur. Huius sollicitudinis origo, neque in  
singulari principis voluntate, neque in peculiari  
ratione status; sed in ipsa hominum depravata indole, ab una;  
& prudente consilio declinandi damnum ab altera parte, quae-  
renda est; quod tandem Principes, jussu publico, actoribus  
praestationem cautionis imponendo, adiuuerunt. Quales  
quales fiduciae custodes, Germani feruntur; tamen satisdatio-  
nis pro expensis, in reorum securitatem ignari non videntur.  
Auctorem huius rei laudo HEINECCIVM, qui ex *Capitular.* *Imp.*  
*vetu-*

A

vetu-



vetustis Wisigothorum & Alemannorum L. L. in *ELEM. IUR. GERM.* L. 3. Tit. 5. §. 172. seqq. egregie argumentum deduxit. Hinc illorum ingenium satis mirari nunquam non potui, qui nimia Romanorum veneratione capti, nihil propemodum fani, in judiciis norunt, quod non Romanis acceptum referant. Originem cautionis Actorum pro expensis, deprehendisse sibi persuasum habent, in nov. cxit. c. 2. qua ordinatur *ut fideiuforem idoneum Actor praeſliterit, conſidentem*, quod usque ad finem litis permaneat, & suas intentiones aut per legiūmum Procuratorem exerceat; & si postea fuerit approbatus iniuste litem mouisse; sumtuum & Expensarum nomine, decimam partem eius quantitatis, quae in Libello continetur, pulsato restituant. Exhibit equidem NOVELLA speciem quandam in eo nostra cum conspirantem, quod reum sumtuum & expensarum nomine, indemnem praefstari aliquatenus curet, at nostra multo vtilior est illa. Enimuero Romae certa Pars libellatae quantitatis expensarum nomine reo adsignabatur, apud Germanos autem *omnes omnino expensae* a succumbente actore restitui debent, quae nonnunquam decimam, quid dicam! tertiam vel dimidiad partem quantitatis in judicium deductae excedunt. Sua ergo natura constat nostra cautio quam mores introduxerunt, Huber in *Prael. ad Ius Ciuale P. 2. L. 2. Tit. 6.* post modum Principum L. L. adprobauerunt.

## §. II.

*Immunes ab hac Cauſione.* Experiturus igitur actor in foro praefstat cautionem pro expensis, pro natura cauſarum, etiam pro reconuentione, vel in numerata pecunia vel pignoribus, vel fideiufori-

foribus, a qua obligatione Actores, rerum immobilium possessores, eximuntur. Et dum res tam natura, quam fictione Iuris immobiles dicuntur, a satisfactione nostra ii quoque immunes sunt, qui fictione juris pro possessionatis reputantur. Hic mirifice excurrunt D.D. ingenia, quorum opiniones recensere, instituti ratio non fert. Interim notasse sat est: hos fictione juris praesumi pro possessionatis, qui eiusmodi res mobiles possident, quae facile amoueri & occultari non possunt: BERGER *Oecon. Iur. L. 4. tit. 19. §. 2.* n. 5. Verum enim vero reuertor ad hos, qui rebus natura immobilibus insident; inter quos quoque possessores deprehenduntur, de quibus controuersum; an ita qualificate possideant, ut ab onere satisfactionis pro expensis releuentur? Diu horum in censu fuit vſusfructuarius, qui vſusfructus cauſa praeſum immobile detinet. Qui problema negant, configiunt ad L. 15. §. 1. ff. qui *satisf. cog.* tanquam ad Imperatoris statuam; affirmantium vero cohors distinctione, an nimirus ager vſusfructuarii eo tempore, quo cautio ab ipso exigitur, rastro subactus sit, nec ne? rem dirimere satagunt. Hunc Doctorum dissensum Sereniss. *Saxo. Ord. Proc. Sax. Rec. Tit. XIII.* magna subditorum salute sustulit ordinavitque, ut omnes vſusfructuarii, citra distinctionem consuetam, pro possessionatis habeantur.

## §. II.

Quum *Lassos* in naturali perceptione vſusfructus eorum praediorum, quae a Dominis suis possident deprehenduntur, *An Lassos* *huc referendum; di.*

A 2



dimus; merito quaeritur: an hi quoque, allegando possessionem, subterfugiant onus satisdandi pro expensis? BERGER in Oecon. Iur. Lib. 4. tit. 19. §. 2. in affirmantium trahitur partes. Verba sunt: ab eiusmodi cauzione immunes esse possessores rerum immobilium : id quod procedit quamvis actor : jus usufructus tantummodo in agro habeat, modo ager rastro subactus sit. Ex quo consequitur rusticos Lusatios quoque tanquam usufructuarios a satisdatione immunes esse, quamvis proprietas fundorum pertineat ad dominos jurisdictionales. Quo jure? quae iniuria? hac disquisitione tentabimus.

#### §. IV.

*Origo.* Non remorabor in enucleanda Etymologiae vocis *Lasse*, Praed. *Lass-* cum otium mihi fecerit de *LVDEWIG* in *Iur. Clientel. Sect. 3.* c. 5. 3. seq. & decidendi pondus mihi non suggerat: siue a *Lazen* f. *lōsen*, cum *GVNDLINGIO*. diff. an nobilit. *Venter*. c. 2. §. 3. siue cum *Ludewigio* à *laſien* locare, descendat denominationis fons. Nomen enim & rei essentia raro inter se cohaerent. Magis ex re erit, qualitatem praedii, quod glebam, f. *lassiticum* salutamus, rimari. Hoc ut eo facilitiori negotio expediatur; sciendum est: eiusmodi praedia, quorum magna adhuc in Marchionatu Lusatiae superioris supereft copia, ad reliquias pristini status Germaniae pertinere. Cum enim Germani, aequae ac Romani, veros haberent seruos, qui vel bello, vel pacto, vel ludo acquirebantur; horum feruitis ad vitae jucunditatem, commoditatem.

¶ ☩ ☦ ☧ ☨

tatemque non vtebantur Domini, sed ad terras inconditas,  
quibus scatebat prisca Germania, colendas vel ablegabant vel  
secum in bellum ducebant; Neutra horum species liberta-  
te gaudebat, sed siue ruri, siue in bello, sub manu domi-  
ni degebant. Mitto castrenses! cum ruralibus in praesen-  
ti rem habeo. Hos suos penates rexisse TACITVS *de morib.*  
*Germ. c. 25.* ait, quae Taciti dicendi ratio, haud obscure  
innuit, eos non aequae constituisse partes familiae domini;  
sed quemlibet rem suam peculiariter habuisse, & ipsum rei  
suae familiari, tanquam caput, praefuisse. Scilicet domi-  
ni seruos suos non alebant, sed alimentorum nomine, ipsis  
minutis fundos cum casa, ea in regione, in qua domini  
terram condebant, largiebantur, quorum fructus soli per-  
cipiebant; domini tamen agros curare obstringebantur; in  
recognitionem dominii censum persoluebant; eiusque pote-  
stati dominiae subiecti manebarunt. Praesertim casam pro-  
prio arbitrio derelinquere aut permutare prohibebantur,  
ex quo glebae adscripti dicti sunt; licet addictione hac do-  
minorum arbitrium, ab una ad alteram casam transplantandi  
subditum, circumscripsum non fuerit. Et de hac do-  
minorum libertate capienda sunt TACITI & IULII CAESARIS  
asserta, si his non fixas & constantes tribuunt sedes. Fi-  
xae enim sedes dici nequeunt, quia ipsas jure optimo ma-  
ximo non possident: nec constantes, quia contra dominum  
translocantem, jus radicatum allegare non possunt, sed eius  
arbitrio parere tenentur. Et haec sunt incunabula prae-  
diorum *laeticorum*, quibus successu temporis variae quali-  
tates accesserunt.



## §. V.

*Quid ne.  
zus Lassiti-  
cus.*

Igitur secundum hodiernos mores gleba est praedium rurale, quod dominus vtendum, & vt bonum patrem familias decet, administrandum, alimentorum nomine, rustico seruo permittit, ea lege, vt plenarium dominium glebae concessae, penes dominum remaneat; fundi possessor autem, domini subditus, omni cum sua familia, ad operas indeterminatas obligatus fiat: *Corp. Iur. Luf. sup. p. 381.  
art. 1. p. 394.* Ex his cognoscitur, qualis nexus inter dominum & lassum ratione fundi intercedat. Scilicet participat aliquid a feudis, ab Emphyteusi Romana, a Censiticis, *LVDEWIG l. c. §. 15. n. X. seq.* nequaquam tamen censiticum, feudalem, emphyteuticum, multominus conductitum, emititum, donatiuum, socialem, nexus appellarem: sed natura eius plane peculiaris est; quae negotio Iuris Germanici, Romanis ignoto nititur, *GAIL de Pignor. Obs. 8.  
n. 3.* & si quo nomine exprimendus, *LASSITICVS NEXVS* vocandus.

## §. VI.

*An con-  
ductitum.*

Hac observatione illis obuiam ire constitui, qui lassiticum nexus *conductitum* sibi fingunt. Erroris huius antegnatum inueni *BERLICHIVM P. 2. concl. 48.* quem, quod minor, *LVDEWIGIVS*, alias genuinae Germanicae Iurisprudentiae index & restaurator, in *Tract. de Iure Client.* sequutus est.

Audia-

ꝝ \* + \*

Audiamus ipsum BERLICHIVM: Lass Gütber scribit, ea vocantur, quae quis ad certum tempus, pro certa mercede soluenda conduxit, ut illis vtatur fruatur. At quis vnuquam expertus est: glebas subditis ad certum tantummodo tempus concedi? Hancum possessores potius ad perpetuam possessionem adstringuntur; quod consuetum additamentum: *ad scriptitii* indigitat. CORP. IVR.  
IUS. p. 381. art. 1. COD. AUG. Tom. III. p. 212. und weilen sie, gestalten Sachen nach, denen usim Guth gewinntmeten gleich zu achten sc. ingl.  
LAND.-RECHT. C. 2. art. 59. Wer in Sachsen in einem Sinnß Guthe gehobren ist, der heiset ein Lasse, und der mag sich des Gutheres ohne des Herrn Willen nicht verzeihen. Sicut denique die Annehma. Briefe de certo quodam contractus tempore, cuius exemplum vide apud RIVINVM in diff. de Praediis vulgo Lass Gütber dictis §. XVI. & illa tempora, jam sub Francorum Imperio euauerant, in quibus Lassorum praedia instabilia erant. Pensio quam BERLICHIVS mercedem vocat, non vndiquaque, nec ex forma nexus lassitici; sed ex adiectitia quadam qualitate nouioris aei, in esculentis; Hühner und Eyer-Zinnßen, in minuta summa, Silber-Zinnß, praeter operas, in recognitionem herilis potestatis quotannis soluitur. Nullibi vero in Patriae pagis deprehenditur pensio, tanti valoris, quae mercedi conductitiae aequiparari possit. Si vero Praeter numos & esculenta in huius mercedis calculum operas, quas die nocteque exhibere jubentur Lassi, redigere velis; concedes, quod tum demum locationis idea euanscat, quia locationis negotium in alium & non nominatum contractum abit, eo ipso, quo locatori, mercedis loco, non pecunia, sed

alia

alia res subministratur, aut seruitia praestantur, per L. 5, § 2.  
ff. de praest. Verb.

### §. VII.

*Refutatus* Hos quidem laqueos effugere autumnauit ill. LVDEWIGIVS  
de Ludewig. dum c. l. p. 227. §. 5. differentiam fingit inter Locationem La-  
siticam, & inter simplicem locationem, quae in eo  
fese exserere debet, quod in hac omne momentum pendeat a  
voluntate locatoris s. domini, siue is continuare voluerit con-  
tractum, siue dissoluere eundem atque finire: in illa autem ab  
vtriusque partis consensu. Sed nescio an soluerit nodum?  
quamuis auxilium implorauerit Glossatoris SPECUL. SAX. L. 3.  
art. 45. §. 7. & Constat. Sax. 40. P. 2. Glossator ita: Landsassen  
sind Hoff-Leute oder Meyer, welchen man ein Guth anerthut  
oder laßet. Diese mag man jederzeit wieder davon weisen.  
Denn sie sind auf dem Guthe gleich als Gäste, kommen darauf  
und ziehen wieder davon, nach der Erb-Herren Willen und Ge-  
heiß. Constat equidem ex hac descriptione, dari possessorum  
genus, quod in hoc tertio, inconstantis scilicet, & antiquissi-  
mis praesertim temporibus, a nutu domini pendentis possessio-  
nis, cum Lassis nostris conueniat; neutiquam vero ex alleg-  
loco, formalis qualitas: an dicti Hoffe-Leute und Meyer subdi-  
tiae quoque qualitatis sint? cognoscenda. Potius, si dicen-  
dum quod res est, commentatur Glossa de ingenuis & liberis  
hominibus. Annotauit enim haec ad verba textus: anderst  
freyen Leuten, die Landsassen heißen, adeoque id tantummodo  
agere

agere & explicare voluit, quali jure isti liberi homines gaudéant, in domini praedio. Quod tandem attinet ad CONST. ELECT. 40. P. II. LEGISLATOR SERENISS. expressis verbis Laß: Gütter ita definuit: die sie ex locato conducto haben. En! genesis descriptorum Laß:Gütter. Expressi supponunt locationem conductionem, contractum consensualem, consensum vtriusque partis. Nexus vero lassiticus, sine consensu vtriusque libero pangitur, lassus saepe numero ad glebam colendam co-gitur CORP. IVR. LVS. SVR. p. 385. Unterthan. Ordnl. art. 2. §. 6. sondern dieselben können von ihren Herrschaften, zu Annahmung eines gewissen Grundes mit Billigkeit angehalten werden; Ergo nexus Lassiticus, ad speciem locationis conductionis referri nequit. WEHNER Th. pr. s. voc. Leib-Eigenschaft. AVCTOR des Dorf- und Land-Rechts c. 10, §. 84. p. m. 160.

### S. VIII.

Egomet mihi paulatim succenseo, quod in re tam clara tamque in aprico posita, nimis fere me dissiderim. Largiar enim quod praediorum lassiticorum sit nexus locationis, num eo aliquid decedet veritati in medium prolaetae? scilicet, quod glebae adscriptus a cautione pro expensis minime libetur? Neutquam: potius illa inde vires capiet, dum conductor rei immobilis, licet publicae, possessor in sensu juris non dicitur, nec facile allegando possessionem conductitiam, onus satisdandi declinat. Attamen justam causam ex falsis principiis deducere nolui; Reuertor ad scopum. Percontar jura

*Non possident sibi sed domino.*


B

domi-



domini & subditi, quae ipsi vi nexus lassitici, competitunt. Annotaueram in explicatione originis glebarum, quod, licet nobiles seruis suis fundos quosdam reliquerint, ex quorum cultura fructus, pleno dominii jure, alimentorum & onerum publicorum nomine, GASSER. *Prael. ad Cod. Iust. L. IV. Tit. 14.* §. 1. percipiunt; hoc ipso tamen seruitutis nexus, non laxaerint; multo minus jus quoddam in re in Possessores transtulerint. Hic perantiquus mos, per varias vicissitudines illibatus, ad nostra vsque tempora migravit, sancteque adhuc frequentatur, ita ut glebae adscriptus, in casa quidem cum familia habitare, glebam colere, fertilem conseruare, nisi meliorem reddere possit debeatque, proprium tamen ipsi in his nihil est (nisi emtione sibi comparauerit, cuiusmodi tamen praedia hoc loco in censum non veniunt, cum hic acquirendi glebam lassiticam modus, non ex natura rei fluat, sed tractu temporis tanquam accidentale, negotio lassitico accreuerit) sed domini, cuius beneficio alimentorum caussa habitat. Hinc 1.) nullam Possessionem, quia animus sibi habendi in ipsis exultat. 2.) nullum vtile dominium, cum hoc sine possessione, inuestitura, & laudem, non intelligitur, expectabis a nexus lassitico, sed meram possessionem naturalem, vel si mauis nudam detentionem, quae nequaquam jus quoddam reale operatur. Iure igitur non optimo maximo possident, HEINECC. *Elem. Iur. Germ. L. 1. Tit. 2. §. 6.* sed dominis possidere dicuntur. BOEHMER *Diss. de hom. prop. Sect. 3. §. 20.* IDEM in *Diss. de imperfect. rustic. Germ. libertat. p. 19.* LEYSER. *Ius Georgic. L. 2. c. 7. §. 10.* LV<sup>o</sup> DEWIG *Ius Clientel. p. 267. not. o.*

§. IX.



11

## §. IX.

His fundamentis destitutus lassus possessorio judicio, (in Obj. ab insensu juris scilicet, non in sensu germanici possessorii summa-terdit. ex-riissimi, quod pro auertendis turbis & hominum pruritu, jus *pulsionis*.  
spreto judiciorum ordine sibi dicendi, adinuentum est) equi-  
dem se non tuebitur contra dominum: Attamen vaga libido  
expellendi subditum, qua quondam nobiles pollebant, praedii  
domino, haud conceditur. SCHACHER. *de glebae adscriptis c. 2.*  
§. 17. Sed hodierni mores, ab hac antiqua consuetudine di-  
vortium fccerunt; sint vel migratae consuetudinis caussae,  
quas censet LVDEWIG l. 5. p. 232. not. c. n. 4. vel aliae; mihi fre-  
quentis abusus dominorum veteris juris, eius modificationem  
Principibus; quorum quoque interest, prouincias abundare  
incolis, suaissime videtur. In Lusatia superiore pro ratione  
abrogationis laudatur christiana aequitas, Art. 4. d. Unterthä-  
nen Ordnl. verb. so leichte von Guthe nicht vertrieben werden  
sollen ic. corp. IVR. lvs. p. 388. ex quo ad jus in Re, argumen-  
tari nequit. Nec prodit das Auskauffungs-Recht, de quo Ull-  
terthan. Ordnl. Art. IV. §. 2. Landtags-Schluss Oculi  
1653. Corp. Iur. Luf. p. 414. RESOLVT. clementiss. cit. loc. p. 405.  
agitur; quippe species juris in re, tantummodo quoad emti-  
tios harum glebarum possessores, non lassiticos detentores, sibi  
locum vindicat. Caureas enim, ne ratiocineris: qui pro lubi-  
tu ex fundo a proprietario non potest propelli; ille jure reali  
gaudet in fundo! vnius enim effectus neglectiui vel affirmati-  
ui, plures esse possunt caussae. Alias hoc pacto conductori,  
multisque aliis huius generis praedicrum possessoribus, quibus

B 2

certo



certo modo jus retentionis competere potest, reale jus in fundo vindicandum foret, quod eis nequaquam competit.

§. X.

*Subditorum* Hac ratione ingentia cognosces jura, quae domino attri-  
*Tura inuitu* buuntur in his fundis, quos colendos subditis concredidit.  
*gleborum.* Nec tamen praeteribis subditorum jura, quae negatiua sunt atque angusta. Non dominantur; non possident; non alienant; non oppignerant; non debitibus grauant; quia hi actus in praefiducium dominorum tendunt. Quotidiana tamen alimenta ex glebis sibi quaerunt; domino omni cum familia subiiciuntur; indeterminatas operas in usum domini impendunt, & quia praeter haec alienae terrae cultrices manus admouent, ex aequitate in hanc sententiam itum est, ut sine justa causa & ex solo domini arbitrio, depelli ex sedibus nequeant. vid. adiect. sub ②

§. XI.

*Indoles  
possess. libe-  
ramis.*

Qua possessionis facie intellectu haud obscurum erit, quatenus in foro illi audiendi sunt, qui hac suffulta, libertatem a satisfactione pro Expensis affectant. Licet enim huius cautionis indoles ea non sit, ut eorum bona, qui immobilia possidente eam subterfugint, huic, qui in jure satisfactionem petere possunt, pro tacite oppigneratis habeantur; quod jure romano accidebat, si quis ob possessionem a pignoribus vel scelusoribus dandis liberabatur; L. C. bona

*bona immobilia possidere desit. c. 3. §. 15.* attamen qui ad hanc libertatem adspirat, cum qualificate possidere, i. e. ex specie juris in Re rem detinere, oportet. BARTH. *Hod. forens. c. 1. §. 69.* Nam ille tantummodo possessionatus in jure dicitur, qui sufficientia rerum dominia habet, RESOLD. *Thef. pract. l. v. Genugsam gesessen.* Igitur illi possessionati non sunt scribit MARTINI in *Comment. ad O. P. S. Tit. XIII. §. 87.* qui modo rem, quam possident, ex causa momentanea, puta jure retentionis, vel propter meliorationes seruant &c. ZIEGLER ad *Proc. Sax. Tit. XIII. Verb.* so unter uns begütert ic. nam eaufsa possessionis debet esse perpetua. MEYER. *Coll. Argent. ad Pand.* qui satisd. cog. th. 6. vt discessuri relinquant, ex quo parti aduersae constitutur. CARPZ. *P. 3. Dec. 226 n. 18. & in Proc. tit. 9. art. 5. n. 67. & 68.* Quae omnia cum tanquam fundamentum liberationis ab onere satisdandi exulant in glebae adscripto; §. X. operantur, vt iphi priuilegium possessionatorum male attribuatur.

## §. XII.

Cum in glebae adscripto desit possessio juris, nihil quoque offendes, in quod executionem peragere possis. Angusta res domi ubique est, Frugum enim, si hos pro Executionis obiecto allegaueris, tanta non superest copia, vt inde tibi satifiat: vix enim sibi suisque ad necessariam, vitae sustentationem sufficiunt, quae idcirco ipsis relinquenda, ne in insontem dominum, onus alimentorum cadat; aut ille ex defectu alimentorum



torum subditum dimittere cogatur, **Oberlausitz.** Unterthanen Ordnl. Art. IV. §. 2. seqq. CORP. IVR. LV. p. 388. Iumentorum porro multis iu locis natura ferrea est; ita ut nec haec vendi nec distrahi possint, cum ad Dominum non ad lasum pertineant. Tandem ipsum praedium restat, quod subditus non possidet; sed nomine domini detinet.

### §. XIII.

*refutatur opiniatio Bergeri.* Conclamat ergo est, glebae adscriptum a satisdatione pro reconuentione & Expensis liberari non posse. Nihil amplius itaque superest, quam ut Bergeriana opinionis lubricum fundamentum patefaciam, quae hoc pro muro habet; quod usufructuarius in Saxonia pro possessionato aestimetur; glebae adscripti autem his aequiparentur: quapropter aequitatis, ut hisce usufructuariorum fauor, ad glebae quoque adscriptos extendatur. Verum haec de usufructuariis dispositio in o. p. s. r. Tit. 13. contenta, jus nouum specialissimumque est, quod a casu ad casum interpretari nefas. Deinde magna differentia sece exerit inter usufructuarium & glebae adscriptum, si vel maxime simplicem usufructuarium, quem Romanum voco, supponas. Etenim 1.) usufructus Romanus in fauorem usufructuarii introductus est, nec in commodum proprietarii; lassitus usufructus autem, in compendium proprietarii & domini constituitur, quia cum hoc indeterminatae operae atque servitia coniunguntur. 2.) Usufructuarii haeredes, licet casus existe-



existere posset, ut ex continuatione vſusfructus proprietarius  
commodum quoddam perciperet, post mortem vſusfructuarii,  
adigi nequeunt, quo continent vſumfructum, cum hic perso-  
nae debeatur; lassorum vero haeredes & filii, ut in praedio  
persistant patriis, recte compelluntur. Ober L. Unterthan.  
Ordnl. Art. II. §. 6. p. 385. 3.) Vſusfructarius Romanus per-  
cipiendo vſumfructum capitis diminutionem non patitur; ali-  
ter qui adspirat ad vſumfructum lassiticum. 4.) Vſusfructus  
Romanus amplioris est complexus vſi; lassiticus vix vſui com-  
parandus, & suppeditat tantum necessaria alimenta. 5.) Vſu-  
fructuarii praedium propter debita ab vſusfructuario contracta  
sequestrari potest, donec creditor ex fructibus satisfactum;  
gleba vero sequestrationis expers est; quae omnia satis lucu-  
lenter probant, plane peculiarem & diuersum domino cum laſ-  
so intercedere possum, qui toro, vt loquuntur, coelo a natura  
vſusfructus distat. Fuisset autem ante omnia annotandum:  
hac dispositione & ante eam Dicasteriorum quorundam obser-  
uantia nudis vſusfructuariis, qui praeter annales fructus nihil  
juris in fundo sibi arrogant, non remitti onus satisfactandi, sed  
qualificatis, i. e. Saxonis vſusfructuariis, quales maritus, vi-  
dua in Dotalitio &c. sunt. Dignus est hoc de argomento lo-  
cus SCHILTERI in Exerc. ad Pand. Exerc. VII. §. 22. vt hic to-  
tus transscribatur. Negat Carpouins vſum Iuris Romani in  
Saxonia, quoad satisfactionem vſusfructuariorum, ex hac ratione,  
quod hoc jure, Saxonico nimirum, vſusfructarius finito vſusfructu,  
fructus pendentes possideat, & quidem jure dominii . . . Sed nisi  
constans fori nostri obseruantia accedit, ista quidem ratio, jus hoc  
introducere vix valebit. Si enim semel principium juris Rom. in  
hac satisfactionis materia admittimus, vt is demum immunis sit ab



ea, qui possidet rem immobilem, ex causa perpetua & dominii; certe de possessore fructuum pendentium unius animi, valde dubitari oportebit, an immunis sit, cum fructus non diu pendeant, & ita mobilibus accenseantur, quae securitas ergo aduersario inde speranda? Verum enim vero, credo quidem sententiam scabinorum Lipsiensium, quam laudat Carpzouius, veram esse jure Saxonico; sed ratio in eo querenda mihi videtur, quod jure Saxonico, sicuti pignoris & commodati, ita etiam ususfructus, natura alia & diuersa est, quam jure Romano. In omnibus enim hisce transire dicitur dominium, saltem ex parte, ut itaque ususfructus juri & moribus veterum Saxonum cognitus, qualis est viri & mulieris, patris & matris, Tutorum, Curatorum & agnitorum quorundam longe pinguior sit, quam nudum jus vtiendi fruendique Quiritium. Quare plures ususfructus Saxonici species, a satisfactione auctorem relevant, sed nudus juris civilis ususfructus non item. Certe glebae adscripti nequaquam sunt eiusmodi Saxonici ususfructuarii; quapropter cum in illis dispositionis ratio excidat, ad eos quoque ipsam dispositionem spectare non posse, quis est, qui diffiteatur?

#### §. XIV.

*Lassus emittius excipitur.*

Denique silentio praeterire non potui, quod praeter eas glebas, quae in plurimis antiquam formam & nexum retinuerunt, aliae paucim copiose ostendantur, quae adscriptus a Domino non beneficio lassitico recognoscit; sed contractu emtio-

nis acquisiuit, haec tamen lege, ut possessor subditus maneat & operas praestet indeterminatas. Ut plurimum huiuscemodi praedia lautoris sunt sortis, quam illa, de quibus hactenus disserui. Quia de causa ego quidem arbitrarer, facilius horum possessionis allegationem ad effectum subterfugiendae cautionis attendi posse, in primis si dominus de possessione testatur.

**W**as, auf die, in Sachen, die von desselben Unterthanen R. zu M. und G. zu T. wieder desselben Beamten zu Mutschau wegen intendirten Versekzung von ihren angebrachten und zeitlicher besessenen, auf andere in G. wüste gelegene Nahrungen angebrachte Beschwerden betreff. d. 18. Jun. a. c. ergangene Ober-Amts-Verfügung anhero Amtsgehorsam einberichtet worden, und, was es damit allenthalben sowohl als wegen der von ermeldeten R. und Cons. an das Königl. Ober-Amt und Judicium ordinari: auch ulterius an Ihro Königl. Majestät in Pohlen und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen eingewandten resp. Amtsgehorsamen und allerunterthänigsten Appellation eigentlich vor eine Bewandniß habe; Solches habe daraus und aus dem bey- gefügten Falsc. actor. mit mehrern ersehen.

Nun wird zwar der von R. und G. fol. 25. act. 1216, R an das Königl. Ober-Amt und Judicium ord. eingewandten Appellation zu deferiren Bedenken getragen, und selbige hiermit rejiciret; Es sind aber beyde Appellanten und zwar R. zu M. G. aber zu T. bey der Possess vel quasi ihrer daselbst ha- benden



henden Nahrungen zulassen und zu schützen, bis die angegebene Gewohnheit und das Befugniß, die Unterthanen, ohne Unterscheid, nach Gefallen, von einer Nahrung auf die andere, ob letztere schon mit der ersten eben angebaut sey, auch aus einem Zweife in das andere transportiren zu können, klarer an das Licht gestellet worden, gestalt denn auch denen Appellanten das weggenommene und nach G. geführte Vieh und Haabseeligkeit ten ohnentgeldlich an Ort und Stelle, wovon solches weggebracht worden, ohne Anstand mit denen entmachten Nutzungen, wieder zu restituiren ist; Hiernächst wolle der Herr Graf die Thürherrschaft und auvere Beamte zu mehrerer Moderation und Glimpf gegen die Unterthanen, wodurch deren Entweichung in fremde Länder zum Nachtheil der Höchsten Landes-Herrschaft, und auch Desselbten, als Gerichts-Herrschaft selbst eignen Interesse veranlasset wird, gehührend ermahnen lassen ic. Wolste nebst Remission derer Acten Denselben nicht verhalten, und bin Ihnen zu angenehmen Diensten willig. Gegeben auf dem Königl. Pohl. und Churfürstl. Sachsl. Schloß zu Buzibin am Isten August 1763.

George Ernst von Gersdorf, auf Reichenbach, Er. Kbn.  
 ngl. Majestät in Pohlen und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen bestalter Geh. Rath und Ober-Amts-Hauptmann des Marggraftums Ober-Lausis, des hohen Stifts zu Meissen Dom-Dechant und zu Merseburg Dom-Herrn.



Erfurt, Diss., 1770-73

ULB Halle  
004 176 472

3



f

Sb.



B.I.G.

Farbkarte #13



1771.7  
DISSERTATIO INAVGVRALIS

15  
56

CONTINENS  
**DISQVISITIONEM IVRI-  
DICAM**  
AN  
**POSSESSIO LASSITICA LIBE-  
RET A SATISDATIONE.**

QVAM  
ILLVSTRISSIMI IVRECONSVLTORVM ERFOR-  
DIENSIVM ORDINIS AVCTORITATE  
*S V B P R A E S I D I O*  
MAGNIFICI VNIVERSITATIS RECTORIS  
**D. ADAMI IGNATHII TVRIN ICti**  
PROFESSORIS PVBL. ORDIN. FACVLT. IVRID. p t. DECANI,  
PRO SVMMIS IN VTROQUE IVRE CAPESENDIS HONORIBVS  
DIE XXII. OCTOBR. MDCCCLXXI.  
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS  
**CAROLVS AVGVSTVS IANVS**

BVDISSA LVSATVS,  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONICI IN EXERCITV PEDESTRI  
PRAETOR CASTRENSIS.

ERFORDIAE,  
TYPIS HENR. RVDOLPH NONNII, ACAD. TYPOGR.